

INDEX  
RERVM ET VERBORVM  
IN HOC TOMO IV. ALLEGATORVM.

A.

ABBAS.

*E*st is, cuius imperio Monachi subjiciuntur. Pag. 347.

*Abbas* est vel generalis, vel specialis vel in specie sic dictus. 348.

*Abbas* dicitur etiam *Prælatus*. 349.

*Abbates* sunt vel mediati vel immediati. ibid.

*Quis* constitutus *Abbatem*? 350.

ACOLVTHVS.

*Quis* sit? 335.

*Eius* officium. ib.

*Quomodo* ordinetur? ib.

ACTA.

*Quando* judex ad acta manualia possit pronunciare? 294.

*Judex* causam ad extraneos transmittere volens omnia acta fideliter transmittere debet, adeo ut hoc non facto acta gesta & sententia per se nulla sint. 695.

*Quomodo* procedendum contra judicem acta transmittenda aperientem. 694 sq.

*In literis* una cum actis transmittendis judex nihil extra acta referre debet, quod partem gravet, alias se suspectum reddit. 700.

*L. B. Cramer Obsrv. T. IV.*

*De juramento redintegrationis actorum.*

*Vid. Juramentum.*

ACTIO.

*Actionibus* in litem deductis *præscriptio*. 40.

*Annorum* tantum opponi potest. 471.

*Actio* in litem deductâ autem etiam tum dicatur, quando constituta *Commisso* ad amicabilem commissionem, 470. sq.

ACTIO PVBLICIANA.

*Ea* non competit contra possessorem aequitatum, sed tantum contra eum, qui vel nullum vel infirmius jus possidet. 467.

*Hinc obstat ei exceptio juris firmioris.* 466.

ACTOR.

*Actor* reo tenetur ad edenda instrumenta, *præsertim* communia. 497.

ACTVS.

*Si lex* directe rei imponitur, ea locum habet, ubique etiam locorum & a quo cunque *Actus* celebretur. 5.

ADCITATIO.

*Adcitatio* ad interveniendum & assidendum post tot annorum silentium, at protractio litis, imo mera malitia inde collecta facilis sit, permittenda non est.

557.

a

AD-

# INDEX

## ADJECTIO.

Adjectio loci vel personæ vel alterius rei  
toties restrictionem & quæ conditionem  
importat, quoties directo dispositioni im-  
plicatur, maxime in una eademque ora-  
tione, & e conve[n]so toties demonstra-  
tionis causa fieri censetur, ubi adjectio  
bujusmodi fit saltem in consequentiam  
& executionem dispositionis, maxime  
per dupl[icem] orationem. Pag. 8.

## ADMINISTRATOR.

Ab omnibus, qui honorum alienorum ad-  
ministrationi se immiscent, velut a cre-  
ditore pignora vendente, socio, tute-  
xi[gi] possunt inventarium vel jurata spe-  
cificatio. 425.

## ADOPTIO.

Adoptio inter rusticos hodie usitata est, nec  
ad eandem præcisæ præsentia magistra-  
tus, sed tantum autoritas requiritur.  
736.

Contra pacta successoria adoptioni annexa  
nec alienatio nec testamentum contra-  
rium valet b.

Adoptio publica autoritate deficiente ne suc-  
cessoris jus quidem tribuit, sed alum-  
num solum efficit 737.

## ADVITERIVM.

In adulterium, quod tegi partis innocentis  
interest, minus recte inquiritur. 490 sq.

## ADVOCATI CAMERÆ IMP.

Idea exemplaris censuræ Candidati pro Ad-  
vocatura in Camera Imp. 591.

Notarii Cameræ sine examinibus & speci-  
mine probatorio ad Advocaturam &  
Procuraturam adspirare possunt 593.

## ADVOCATI ECCLESIAE.

Quina m[od]i sint? 341.

Erant duplicitis generis vel mediati vel im-  
mediati 342.

Quomodo illi fuerint constituti? ib.

## ÆDIFICANS.

An ei, qui mala fide i. e. sciens in solo  
alieno ædificat, pretium materiae & mer-  
cedes fabrorum debeantur? 70. sq.

## AESTIMATIO.

Ad actum aestimationis estimatores jurati  
requiruntur. 480. sq.

Sed hoc limitatur, nisi antea jam & qui-  
dem initio officii sui juramento sint ob-  
stricti ib.

## AGRATIANDI JUS.

Illud in prejudicium iurium Collegialium  
circa sacra exerceri nequit. 570. sq.

## ALIENATIO.

Alienatio in fraudem creditorum facta tum  
demum revocatur, si uterque v[er] gr. em-  
tor & venditor fraudis consci[us] fuerunt,  
ita tamen ut ad fraudem detegendam le-  
viores probationes sufficiant. 610. sq.

## ALIENATIO RERVM ECCLE- SIASTICARVM.

De effectibus dominii facti, in alienatione  
rerum ecclesiasticarum. 143. sqq.

## ALIMENTA.

Si in causa alimentorum processus appella-  
tionis pleni decreti; petita ordinatio pro-  
visionalis pro praestandis pendente liti  
alimentis facile decernibilis est. 108.

## Altaristen.

Quinam sint? 343.

## ALVMNVS.

Si suscep[t]io alumni in familiam contractu  
vel testamento conjugum reciproco facta  
sit, ei jus inde quæsum[us] auferri non  
potest. 737.

## ANA-

## RERVM ET VERBORVM.

### ANATOCISMVS.

Si creditor mutatur, vel etiam debitor;  
usuræ usurarum licitaæ sunt. 749. 750.

### APOCRISIARII.

Quinam sint? 342.

### APOSTOLI.

Quinam sint apostoli testimoniales? 209.  
Distinguendi sunt bi a Notarialibus. ib.  
Judex apostolos testimoniales dando tacite  
defert appellacioni. ib.

Apostoli testimoniales non sufficiunt ad effe-  
cuum edocionis de rite interposita appella-  
tione & requisitione Actorum supple-  
dum. 210.

### APPELLATIO.

Appellari etiam potest coram judice ad  
quem, I. 2.

Item coram Notario & testibus, vel co-  
ram uno Notario loco duorum testium. I.

Si processus appellacionis decreti, eorum  
autem expeditio ab appellante in judicio  
ad quod obtineri non potuit, consequen-  
ter nec eorum insinuatio nec producio  
possibilis fuit, saltem ipsius culpæ impu-  
tari non potest; fatale reproducenda  
non currit, et si appellans culpm in eo  
commisisset, quod nimis sero moram apud  
judicem superiorem purgaverit; neque  
adeo appellatio pro deserta declarari po-  
test. 29.

Si sententia a qua definitiva & causa pri-  
vatorum atque ordinaria est; petit processus  
appellacionis decernibiles sunt.  
101.

Nulla est appellatio a Concluso Vicariali ad  
Vicarium Imperii. 176.

Non valet appellatio a judice male infor-

mato ad eundem melius informandum.  
ibid.

Appellationi non solum expresse, sed &  
tacite renunciari potest. 187.

Qui exhibita supplica pro decernendis ap-  
pellationis processibus exhibit Anzeige  
getroffenen gütlichen Abkom-  
mens juncta petitione pro decernenda  
ejus positione ad acta; appellacioni ta-  
cite renunciat & decernendo positionem  
ad acta judex renunciationem tacite ac-  
ceptat. ib.

Renunciatio appellacionis intelligitur rebus  
sic stantibus, quatenus nimirum sen-  
tentiam etiam approbaverit pars altera.  
ib.

In causa spolii, maxime iterati, denega-  
da est appellatio. 189.

Si notarius officium suum in insinuandis  
processibus denegaret, minime negligen-  
tiae appellantis, sed culpæ Notarii iap-  
sus fatalis imputandus est. 192.

An ad constituendam summam appellabi-  
lem plures ac diverse summae cumulari  
possint? 203. sq.

A sententia in debito liquido & confessato  
lata appellari nequit. 204.

Sed limitatur hoc, nisi adhuc dubium sit,  
an debitum sit liquidum & confessatum?  
ibid.

Potest quis gaudere jure recipiendi appelle-  
tionem in alieno territorio, non ex  
vinculo subjectionis sed instar servitutis.  
205.

Fatale descendii non currit ei, qui extra  
culpam est. ib.

Judex apostolos testimoniales dando tacite  
defert appellacioni. 209.

# INDEX

*Si de summa appellabili dubitatur, appellantis juramentum, se malle carere tanta summa, quam ab appellatione desistere, illam in supplementum probare potest.* 210.

*Uii & judici a quo, ut eandem judicialiter extinari curet, & Protocollo transmittat, injungi potest.* 210.

*Si impetrata fatalium prorogatione judex inferior ulterius executive progrereditur, inhibitus decerni potest, et si libellus gravam: nondum exhibitus sit.* 293.

*Judicis inferioris non est, super admissibilitate appellationis cognoscere.* 293.

*Quid sit appellatio ad causam?* 377.

*Supremi judicis est, judicare, num quis paenae temere appellantium vel privilegii de non appellando violati reus sit nec ne?* 392.

*Inde nec Fiscalis in territoriis statuum est, ad istam paenam in judiciis ipsorum agere, sed Fiscalis Imperialis ea propter agit & excitandus est.* ib.

*Quomodo in Camera procedatur, si a Commissario ad committentem appellatum?* 558. sq.

*Judex deferre tenetur appellationi, & contra faciens arbitrarie punitur.* 700.

*Nec judex inferior sibi arrogare potest aut debet facultatem cognoscendi super iustitia vel injusitia appellationis, sed ea ad judicem superiorem pertinet, ad quem appellatum est.* 702.

*Neque judex facta appellatione aliquid innovare debet, neque appellationi effectum demere.* b.

*In causis non appellabilibus tamen potest appellari ob perversum processus ordi-*

*nem, vel ob nullitatem, vel ob abusum jurisdictionis &c.* ib.

*Verbum protestor, ad appellationem non sufficit.* 776.

*Nec quævis impugnatio sententiae effectum formalis interpositionis remedii juris habet.* ib.

*In formalia appellationis referens etiam ex officio inquirere debet.* 817.

*Modus in ea inquirendi.* ib. sq.

*Ab inhaesiva non datur appellatio.* 820.

*Vid. Attentatum. Vidualitium.*

## ARCHIDIACONVS.

*Quis ita dicatur?* 329.

## ARCHIPRESBYTER.

*Quis ita dicatur?* 329.

## ARRESTVM.

*Per impositionem arresti qualitas causæ non mutatur, neque ex ordinaria fit executiva.* 495. sq.

*Loco petiti arresti, si mitius incedendum, veluti inter personas Camerale, praeciput ad debitorem debitoris de non solvendo decerni potest.* 90.

## ASSESSORES CAMERÆ IMP.

*Sunt a Cæsare & sacri Romani Imperii statibus deputati.* 104.

*Dicuntur in legibus perpetui togati Senatores in Senatu Imperii.* ib.

*Eorum nobilitas etiam ad liberos, uxores & viduas se se extendit.* ib. sq.

*Affessoris neo nobilitati filius ea gaudet prærogativa, ut ad Affassadorum absque gradu admittendus sit.* ib.

*Eques ordinis Teutonici ad Affassadorum Cameræ adspirare potest, si votum obedientiae, quo obstrictus est, quoad Cameralia relaxatur.* 137.

## ATTEN-

## RERVM ET VERBORVM.

### ATTENTATA.

*Facta judicis a quo, eo tempore commissa, quo appellatio deserta fuit, pro veris attentatis non sunt habenda.* 156.

*Appellatio extrajudicialis attentata æque ac judicialis innedit.* 183.

### AVSTREGÆ.

*Austregis ubi locus est, mandatum C. C. decernibile non est* 134.

*In casu litigiosæ possessionis Austregæ cef-sant.* ib.

*Hinc in casu litigiosæ possessionis juris di-ctio supremorum Imp. tribunalium ad decernendum mandatum C. C. in causa privati contra principem fundata est.* ib.

*An iis gaudeat Capitulum sede vacante?* 617.

### AVTHENTICÆ.

*An simpliciter, an vero eatenus tantum valeant quatenus cum fontibus, unde manarunt, convenient?* 94 96.

### AVOCATIO.

*Ad avocationem causæ deveniri potest, si querelæ super denegata vel protracta ju-stitia motæ.* 527.

*Sed ea ceu ignominiosa pro extremo haben-da.* 528.

*Quomodo aliter consuli possit gravato.* ib.

### B.

### BENEFICIVM COMPE-TENTIÆ.

*Ejus requisita.* 676.

*Competit ministris Ecclesiæ A. C.* ib.

### BIBLIOTHECA.

*Vid. Cautio.*

### B NVBVS.

*Vid. Secundæ nuptiæ,*

### BONA EQVESTRIA.

*Acquiri nequeunt, nisi salvo jure collectan-di Ordinis equestris.* 178.

### BRACHIVM SECVLARE.

*Vid. Judex secularis.*

### BUECHER.COMMISSION.

*Ubi occurrit collisio privilegiorum Cæsa-reorum; ibi cessat jurisdic̄tio Magistra-tus bibliopolarum, & subintrat jurisdic̄tio der Bücher: Commission & judi-cii Imp. Aulici.* 39.

### C.

### CALENDARIA CAMERALIA.

*Eorum delineatio.* 210.

### CAMBIVM.

*Debita cambialia in concursu neutiquam pertinent ad primam classem singulares jus prælationis babentium.* 614.

### CAMERA IMPERIALIS

*Illi in prima statim instantia subiciuntur Prælati, Comites, Nobiles immediati, si ab inferioribus convenientur, non obstante peculiari instantia equestri, et si in arbitrio actoris sit, & ibi eas conve-nire.* 574.

*Mortuo Imperatore Camera Imperialis con-firmationem a Vicariis Imperii æque mi-nus ac ab electo imperatore expectare te-netur.* 791.

### CAMERALIS PERSONÆ.

*Quoad eas processus communicativus locum habet.* 90.

### CANONICI.

*Eorū origo* 400. sq.

*Quinam ita dicantur?* 346.

*Alii sunt Canonici ecclesiæ Cathedralis, alii collegiatarum ecclesiarum.* 401.

# INDEX

*Alii regulares, alii seculares.* 346. 402.  
*In quibus differant vel conveniant Canoni-  
ci regulares ac seculares?* 406. sq.  
*Sub denominatione: Kinder geistlichen  
Standes, comprehenduntur etiam Ca-  
nonici seculares.* 407.

## CANONISSÆ.

*Quænam ita dicantur?* 353.

## CANTOR.

*Cur veteres officium cantoris inter ordines  
minores non retulerint?* 337. sq.

## CAPITVLVM.

*Ejus definitio.* 347.

*Capitulum regens repræsentat episcopum.*  
87.

*Hinc si ad mandatum, velut de exequendo,  
episcopo insinuatum paritio non secuta,  
hoc defuncto, Capitulo regenti paritio  
demandari potest.* ib.

*Sede vacante Capitula non habent austre-  
gas.* 617.

*Quid statuendum de conventione, vi cuius  
Capitula a concurrentia ad onera Impe-  
rii & territorii tam diu maneat exem-  
ta, donec alii subditi ita ad incitas sint  
redacti, ut præstationibus faciendis im-  
pares sint.* 628.

## CAPITVLARES.

*Quinam ita dicantur?* 347.

## CAPTVRÆ.

*Ad primam capturam criminaliter delin-  
quentium non requiritur jurisdictio cri-  
minalis, sed sufficit civilis.* 434.

## CARDINALES.

*Quinam sint?* 324.

## CASVS.

*Casus non nocet, quando quis in re licita*

*versatus, & forte fortuna aliquem la-  
dit vel occidit.* 63.

*Sed limitatur hoc, si quis in re licita de-  
bita diligentia versetur. Secus si res  
per se licita, sed negligenter quis in ea-  
dem versetur, & exinde alias lœdatur  
vel occidatur.* 64.

## CATASTRVM.

*Per solum catastrum neque dominium ne-  
que divisio honorum probari potest* 532.  
sq.

## CAVSA ECCLESIASTICA.

*Si cardo causæ in quæstione dominii præ-  
diorum ecclesiasticorum versatur; illa  
minime ecclesiastica, sed secularis est,  
inque ea proin jurisdictio supremorum  
Imp. tribunalium fundata est.* 233.

*Causa criminalis vid. Criminalis causa.*

## CAVTIO.

*Quandocunque actori incumbit necessitas  
cautionis, tunc immobilium posseſſio,  
licet ea in alio districtu sita, sub eodem  
principi tamen, loco cautionis est.* 100.  
*Bibliotheca pretiosa ab onere cavendi libe-  
rat.* 109.

*Si propter magnitudinem idonee satisdari  
nequit, ea cautio præstanta est, qua  
secundum rei qualitatem, in quantum  
possibile est, præstari poterit.* 138.

*Cautio generalis omnium bonorum pro ido-  
nea habenda est, et si bona fide commissio  
familiae perpetuo ac universali ut & ne-  
xu feudalí affecta sint.* ib.

*Si lex reversionis bonorum revocabiliter pa-  
ctis, v. gr. antenuptialibus statuta,  
ejus intuitu cautio exigi nequit.* 294.

*Cautio pro reconventione & expensis in lo-  
co & foro, ubi lis agitatur, præstanta  
est.*

## RERVM ET VERBORVM.

est, neque sufficit eam in alio, sub eodem vel alio domino territorii præstari. 479.  
Datur Cauio revisoria mixta. 821.  
Vid. Revisio. Judæi.

### CESSIONARIVS.

Dicitur procurator in rem suam ex subtilitate juris. 812.

### CHOREPISCOPI.

Quinam sint? 329.

### CITATIO.

In causis ordinariis in Judicio Imp. Aulico loco citationis simplex: Communiceatur, decernitur. 102.

Quod probe distinguendum a decreto communicativo: zur Erklärung. ib.

Citatio ad reassumendam litem superflua baud est, et si successor sit universalis. 171. 172.

Absoluto reo ab actione absolvendus quoque citatus ad assistendum. 798.

Citatio ad assistendum & indemnandum emanata & insinuata cessat, si per sententiam adversus citatum ei reservatus regressus, qui ipsum citari curavit 799.

Citatus ad assistendum causam in eo statu accipere tenetur, in quo est. 805.

Elapso termino ad recognoscendum sub præjudicio præfixo, si pars adversa novam legitimationem petit, partes vero privatae sunt, nec novus procurator generalis constitutus, citationi ad reassumendum locus est. 823.

### CITATO EDICTALIS.

Si citatio edictalis emanata reproducta, nec comparuerunt creditores, qui tamen certi sunt; minime pro lama, sed citatio ad domum decerni debet. 559. sq.

### CIVITAS.

Administratores civitatis, si faciunt, quod ipsorum officio convenit, civitatem obligant. 36.

Sed si damnum levi culpa dederint, ad reparacionem ejus tenentur. 37.

### CLERICVS.

Quis sit? 312.

Vid. Laicus.

### CLERICVS.

Origo distinctionis in Clericos & Laicos.

395.

Clericum non faciunt vota, sed clericalis tonsura supervenientesque ordines. 394e.

Quatenus Clericus, juris peritus, ad dicendas seculares, in specie in revisione judicio Leodiensi pendentes causas una cum aliis secularibus judicibus sit admittendus. 363. sq.

### COADJVTOR.

Quisnam sit? 330.

Est vel regularis vel irregularis. ib.

Coadjutorum origo. ib.

### COLLECTÆ.

Earum origo. 626. sq.

Ubi leges imperii dominis territorialibus jus indicendi collectas permittunt; omnes subditi, ecclesiastici & seculares, exempti & non exempti, æquali proportione concurrere debent, non obstante illa consuetudine aut pacto. 627.

Ubi status provinciales sunt, vel Capitulum Cathedrale occurrit; ibi dominus territorialis eorum consensu opus habet ad novam collectam indicendam. 628.

Quid statuendum de conventione, vi cuius Capitula a concurrentia ad onera Imperii & territorii tam diu maneant exempta,

# INDEX

ta, donec alii subditi ita ad incitas sint redacti, ut præstationibus faciendis imparies sint. ib.

## COLLECTANDI JUS.

Vid. Bona equestria.

## COMPENSATIO.

Paria delicta compensantur tantum quoad jus privatae actionis, non vero quoad pœnam publicam. 47<sup>2</sup>.

Idem obtinet circa mutuas injurias. ib.

## CONCORDATA.

De interpretatione textus dubii concordatorum Aschaffenburgensium circa alternativam mensum. 497. & 689. sqq.

## CONCVRSVS CREDITORVM.

In concurso creditorum fundamentum prælationis eorundem est prævalentia causæ, quæ aestimanda juxta gradum culpæ minorum, quod debitum contractum sit, & adhibitæ in contrahendo vigilante gradum majorem. 42.

De ordine locationis, vid. ib.

Concursus non a tempore, quo debitor solvendo esse desit, sed tum demum, quando duo pluresve creditores concurrunt, suum capit initium. 610.

Ac eo usque debitor bona sua alienare vel in solu:um dare potest, ita tamen ut intuitu reliquorum creditorum, quibus oportignorata sunt, cum suo onere in accipientem transeant. ib.

Quo loco & ordine usuræ in concurso collocandæ sunt? 613.

## CONFIRMATIO JUDICIALIS.

Ea nihil dat novi, nec instrumento maiorrem efficaciam addit, quam antea habuit.

47.

Ea supponit confirmabile, nec actum nullum validum reddit. ib. sq.

## CONJVGES.

Fure civili conjuges sibi invicem regulariter non succedunt, sed mortuo marito uxor suam dotem & alia bona illata repetit, præter hæc ex bonis defuncti nihil lucrat, & vice versa mortua uxore maritus ne quidem dotem lucratur. 90.

De viridi observantia statuti spirensis, daß Gewinn und Verlust dem Ehemann mit zwey Dritteln, und dem Weib zu ein Drittel zufallen. 135.

## CONSOLIDATIO.

De consolidatione dominii directi cum utili in vasallo. 824. sqq.

## CONTINENTIA CAVSÆ.

Ex ratione cæpti litigii etiam ad causas feudales sese extendit. 803.

Per Art. 21. Capit. Caroli VII & Francisci I. non tollitur continentia causarum sed tantum prætextus Continentiaz causarum prohibetur. 803. sqq.

## CONTRACTVS.

Ex contractu correspeditivo nemo agere potest, nisi ipsem et primo contractum ex sua parte ad amissum adimpleverit. 452. sq.

## CONTRACTVS ALEÆ.

In contractibus aleæ, in specie Lotteriis, æqualis spes lucri & metus damni esse debet 35.

## CONTRIBVTIONES.

Pacta de contributionibus publicis fisco æquidem opponi nequeunt intuitu contrabentium vero valida sunt. 67.

CON-

## RERVM ET VERBORVM.

### CONTVMAX.

*Si reus comparuit, ast in respondendo contumax est, actio pro probata seu confessata acceptanda, isque juxta petitum libelli condemnandus, etiam ad restitucionem fructuum perceptorum, & refusionem expensarum.* 189.

### CONVENTVALES.

*Quinam sint?* 347. 349.

### CONVIVIA FVNERALIA.

*Quæ in ea erogata; comprebenduntur sub sumtibus funebribus.* 42.

### CORPVS DELICTI.

*De corpore delicti in adulterio.* 436.

### COPIATÆ.

*Quinam sint?* 343.

### CREDITORVM CONCVRSVS.

*Vid.* Concursus creditorum.

### CRIMINALIS CAVSA.

*Si quis in causa criminali ad Cameram Imp. recurrit, nec tamen super nullitatibus vel protracta vel denegata justitia conqueri potest, a limine judicij statim repellitur.* 509.

*Quid quod, si per modum querelæ nullitatis vel denegatæ vel protractæ justitiæ recursus fit, evidenter vero appareat, recursum istum causæ criminalis protractandæ ergo fieri, causa non solum statim a limine rejici, sed etiam Advocatus arbitrarie puniri potest.* 510.

*In criminalibus causis nec tortura dictari, nec definitiva ferri potest, nisi a formato Dicasterio J<sup>c</sup>torum vel Facultate quadam Juridica.* 664.

### CVRATOR.

*Curator bodie non solum rei, ut jure Romano, sed etiam personæ datur, atque*

*L. B. Crameri Observ. T. IV.*

*curatela bodie tantum continuata tutela est, sive bodie cessat differentia inter tutelam & curatelam.* 706.

### D.

### DEBITOR.

*Dilationi debitori a majore parte creditorum concessæ minor pars accedere tenetur, adeo ut a creditoribus hujus partis actiones particulares contra debitorem institui nequeant, idque vi legis Rhodiæ de ja<sup>c</sup>tu.* 35.

*Debitor parata pecunia destitutus, si impetrare velit citationem ad videndum se admitti ad beneficium AVTH. HOC NISI C. DE SOLVT. illud non solum allegare, sed & probando requisita ad idem se qualificare debet.* 160.

### DECLARATIO SENTENTIÆ.

*Sub bac larva s<sup>e</sup>pe petitur mutatio & correctione sententiae.* 231.

*Declaratio sententiae in Camera Imp. medium juris non est.* ib.

*Ea s<sup>e</sup>pius protelandæ tantum litis causa petitur.* ib.

*Declarationes sententiarum decretorum & conclusorum judicij Imp. Aul. si vera ambiguitas ipsis inest, denegandæ non sunt.* 793.

*Si ex actis verus sensus sententiae bauriri potest; petita declaratio sententiae deneganda est.* 800.

### DECIMÆ.

*Sunt in Germania complures decimæ originetenus seculares.* 540.

*Sunt quoque in Germania decimæ originetenus ecclesiasticae.* 543.

*Nunquam in Germania omnes decimæ iuris ecclesiastici sunt effectæ.* 546.

# INDEX

Olim erat differentia inter decimas seculares & ecclesiasticas, præcipue in punto reparationis ecclesie. 550.

Hodie quoque servatur differentia inter decimas ecclesiasticas & seculares quoad reparandas ecclesias. 552.

Sæculares decimis investiti eas in qualitate decimarum secularium tenent, adeoque ad reparandas ecclesias non obligantur. 553.

De decimis sic dictis, Grundbiren-Zehenden. 566.

## DELEGATVS.

An a delegato ad delegantem, an vero ad summum tribunal imperii provocetur? 152.

## DELICTVM.

Nemo ex delicto alterius tenetur, & pœna suos debent tenere autores. 688.

## DEPOSITVM.

Depositum juris differt a deposito facti. Hoc est modus, obligationem contrahendi, illud vero modus obligationem dissolventi. 101.

In deposito juris verbalis oblatio judicialis sufficit. 102. 103.

In deposito juris non requiritur citatio creditoris ad videndum deponi. 102.

Neque numeratio in praesentia creditoris necessaria est. ib.

## DESERTIO.

Termino ad producendum acta sub præjudicio præfixo effluxo, nullaque ulterioris remoræ allegata causa sufficiente, Causa pro deserta declaranda, & solita desertionis pœna jungenda. 88. 89.

## DIACONI.

Quinam sint? 331.

Eorum officia & iura. ib.

Obeunt vices Levitarum. 332.

Quando quis ad Diaconatum admittatur? 333.

## DIFFIDATIO.

Plena omnium diffidationum sublatio facta non est jam a Friderico III. in Comitis Francofurtensibus A. 1486. p. 165.

## DIVORTIVM.

Locum non habet, si maritus expresse vel tacite uxori delictum condonavit. 362.

Tacita condonatio est, si maritus copulam carnalem exercet cum uxore, quam ab alio imprægnatam suspicatur. ib.

## DOMINIVM.

Dominium subsidiarium cum hypotheca unum eundemque effectum habet. 771.

## DONA NVPTIALIA.

Ea sponsæ sponsoque tempore nuptiarum presentata utrius simul acquiruntur, & æqualiter inter eos eorumque hæredes dividuntur, idque tam jure communii, quam Saxonico. 92. & 616.

## DONATIO.

An, si mortis causa quidem donatum, sed adjecta quoque hæredum mentio sit, talis donatio mortis causa an inter vivos censenda sit? 601. sq.

Donatio remuneratoria non aliter, quam si præcesserit singulare aliquod factum officiosum, seu idoneum ad producendam obligationem & actionem. 743.

Qui donationem remuneratoriam esse dicit, illud probare debet. ib.

Ad donationis remuneratoriaæ a Principe vel Comite factæ validitatem nulla prorsus meritorum probatio requiritur, sed principi de meritis donatarii testantiplena fides adhibenda. 744.

Dona-

## RERVM ET VERBORVM.

*Donatio remuneratoria non revocatur ob supervenientiam liberorum.* 745.

*Non semper mortis mentio efficit donatio nem mortis causa.* ib.

### DOS.

*Dotis promissione semper ineſt tacita conditio, si nuptiae sequantur.* 754.

*Hinc dos promissa peti nequit, si nuptiae, culpa promittentis licet, non fuerint secura.* ib.

*Sed potius res in dotem jam data repeti potest, nuptiis haud secutis nisi evidenter appareat, dotem esse donatam,* ib.

*Hinc etiam filia nobilis super dote promissa per testamentum disponere nequit, nuptiis haud secutis.* ib.

### E.

#### ECCLESIA CATHEDRALIS.

*Quænam sit?* 347.

#### ECCLESIA COLLEGIATA.

*Quid sit?* 347.

#### EMPHYTEVSI.

*Si dominus emphyteuseos dominium directam alienavit; mortuo eo, in quem alienatio facta, debetur laudemium, nec demum si prior dominus mortuus.* 692.

#### EPISCOPVS.

*Ordinem inter Episcopos & Presbyteros seu institutionem divinam Protestantes non agnoscunt.* 318.

*Alii dicuntur Archiepiscopi, alii suffraganei, alii Exenti.* ib.

*Episcopi ab origine sua sunt vel civitates vel vicani seu rarales.* 324.

*Origo Chor episcoporum.* 325.

*Jura ordinis Episcoporum sunt dupilia,*

*vel ordinis in presbyteriis communis, vel in specie ordinis Episcopalis.* ib.

*Ad jura Episcoporum pertinet jurisdictio & jus dioecesanum.* 326.

*Quibus accedunt jura status.* ib.

*Cur apud Protestantes hoc nomen repudiat?* 327.

#### EQVES ORDINIS TEVTONICI.

*Vid. Assessores Cameræ Imp.*

### EVICTIO.

*Remissio evictionis non nisi de eo casu intelligenda, in quo ordinarie praestanda evictio, extensioque ad alium a partibus facta probanda est.* 76.

*Si evictio in limine contractus imminent; emtor pretium tam diu retinere potest, donec vendorior evictionis nomine satisfederit.* 77.

*Evictio in limine contractus tum dicitur imminere, quando, priusquam totum pretium solutum fuerit lis vel quæstio movetur.* ib.

*Imo praæfita satisfactione emtor pretium ulterius retinere potest, si jus evictoris certum ac notorium sit.* ib.

*Quem de evictione tenet actio; illum agentem multo magis repellit exceptio.* 155.

### EXAMEN TESTIVM.

*Examen testium in perpetuam rei memoriam etiam sine interrogatoriis institui potest.* 66.

### EXECVTIO.

*Si exceptiones in ipsa executione in contumaciam decreta & suis epta oppositæ rejiciendæ fuissent extra casum contumacia; in casu contrario contumacia multo magis rejiciendæ sunt.* 573.

# INDEX

## EXORCISTA.

*Quis sit?* 336.

*Quomodo ordinetur?* ib.

## EXPENSÆ LITIS.

*Expensæ litis, in quas in Instantia prima appellans condemnatus, in secunda non remissæ ab eo solvenda sunt.* 44. 45.

F.

## FACVLTATES JVRIDICÆ.

*Eæ in Germania ut vera tribunalia debent respici.* 664.

## FALSÆ MONETÆ CRIMEN.

*Interdum pœna ignis, interdum vero pœna arbitraria solum obtinet pro quantitate doli ad decipiendum alios directi.*

52. 53.

## FALSITAS.

*Quando falsitas ipsius negotii substantiam non afficit, quando quid dictum, quod in facto aliter se babet, instrumentum non redditur nullum.* 681.

## FAMVLVS.

*Ex delicto famuli tunc demum tenetur dominus, si hæc duo concurrunt 1) quod dominus in eligendis ministris negligens fuerit, 2) famulus deliquerit & negligens fuerit circa officium sibi commissum*

476. & 772.

*Si quis usus fuerit famulo, qui publice pro idoneo babeatur, tollitur omnis negligenteria in eligendo admisæ suspicio.* 477.

## FEVDVM.

*Dantur feuda, ubi vasallus ad renovacionem investitur & non obligatur.* 666. sq.

*Huc spectant regalia, quæ Papa ab Imperatore & Imperio in feudum tenet.* ib.

*Feudum vasallo tantum ad vitam censemur concessum, ea lege tamen, ut post mor-*

*tem acquirentis ex eadem concessione perveniat ad descendentes.* 671.

*Distinguendum inter questionem feudalem & præjudicialem, an bonum quest. sit verum feudum vel non?* 804.

## FIDEICOMMISSVM.

*De fideicommisso honorabili institutionis titulo relicto* 761.

## FIDEJVSSORES.

*Necessitatis haud est, ut renunciatio, qua a fideiussoribus beneficio ordinis & excussionis fit, in judicio & prævia certioratione ac cum obligatione heredum in solidum fiat.* 139.

## FISCALIS.

*Denegatis in supremis Imp. tribunalibus processibus appellationis Fiscalis in territoriis statuum non agit ad pœnam temere appellantium vel privilegii de non appellando violati, sed hoc incumbit Fisci Imperiali.* 392.

## FORESTA.

*Foresta, eorumque redditus pertinuere olim ad fiscum dominicum & res fiscalinas.*

17.

*Vid. Jurisdiction forestalis.*

## FVNEBRES SVMTVS.

*Vid. Sumtus Funebres.*

## FVRIOSVS.

*Si in causis criminalibus judex suspicionem simulati furoris fovet, antequam pœnam decernat, non solum super actibus & factis prætensi furiosi testes examinare, sed etiam judicium medicum requirere debet.*

732. sq.

## FVRTVM.

*Furta frugum crebro repetita puniuntur si eis aliud furtum.* 61. 62.

G.

## RERVM ET VERBORVM.

G.

### GEISTLICHE SUND- LÄNDER.

Quinam sint? 343.

### GERICHTS- GEBÜHREN. Eorum differentia von den Registratur-Gebühren. 457.

H.

### HÆRES. HÆREDITAS.

In negotiis depositi, commodati, mandati & tutelæ etiam ob dolum malum defuncti hæres in solidum tenetur. 82.

Possessio ex l. fin. C. de ea. D. Hadr. toll. ei, qui potiora jura ostenderit, adjudicanda est, adeo, ut quamvis formaliter hæreditibus ab intestato non competere videatur beneficium l. fin. cit. in effectu tamen hoc illis competit, quatenus mediante judicis officio eadem facilitate possessionem rerum hæreditariarum consequuntur. 588. sq.

Ad effectum adipiscendæ possessionis ex interdicto quorum honorum sufficit probafse, se esse præsumtivum hæredem. 590.

In hæreditatis petitione non præscribitur liberis nisi 90. Annis. 534.

Non quidem concludit: Possidet quis res hæreditarias. Ergo est hæres: bene tamen concludit: Ergo si titulum validum possessionis allegare haud potest, ad earum restitutionem cum fructibus perceptis & usuris consuetis tenetur, non obstante præscriptione 40. annorum. 533.

Hæredis institutio quibuscumque verbis facta valet, si modo per eam voluntatis intentio liqueat. 669.

Verba: vermachen, verschaffen, legare, si testator ea adjecerit universitati honorum ad vim institutionis trahuntur. ib.

Si alienatio nulliter facta; bæres alienantis æque ac ipse alienans rem alienatam revocare potest. 672.

### HOMICIDIVM.

Homicidium casuale est, quod nulla humana prudentia vel diligentia præcaveri potuit sive quod casu inopinato, nullo prorsus dolo, nullaque culpa interveniente vel præcedente commissum est. 63.

### HYPOTHECA.

An privata hypotheca ad effectum prærentiae præ chirographariis creditoribus valeat; dignoscendum est juxta leges situs rei oppignoratæ, ubicunque etiam locorum & a quo cunque oppignoratio facta fuerit. 4.

Hypotheca data in futura hæreditate parentum invalida est. 426.

Creditores, qui privatam hypothecam priorem habent posterioribus judiciali gaudientibus præferendi sunt; si confirmatio sub clausula: salvo jure anteriorum creditorum hypothecariorum facta. 611.

Quamdiu alii creditores non instant, valide constituitur pignus in bonis debitoris. ibid.

Consunta vel alienata hypotheca creditor ad classem chirographariorum remittendus est. 614.

I.

### IMMOBILIS RES.

In materia prælationis creditorum, si de re immobili agitur, spectande sunt leges rei situs. 5.

# INDEX

## INCENDIVM.

Damnum incendiis datum ab inhabitantibus reparandum non est, nisi probari queat, quod ab ipsis vel famulantium negligentia datum sit, in quorum electione debitam non adhibuerunt. 772.

## INCORPORATIO.

Quomodo fiat? 147.

## JVDICIVM.

Vid. Territio.

## INFANTICIDIVM.

In causa infanticidii femina, quae afferit, quod mors infantis absque suo facto contingit, reliquis Carolinæ requisitis currentibus, mediantibus fidiculis interroganda est, qualiter circa infantem se gesserit. 71.

Vid. Pulmones.

## INHIBITIO.

An decerni possit libello gravaminum nondum exhibito? 293.

Ei locus tantum est, ubi restitutio, sicut regulariter, effectum suspensivum habet, minime ubi ei effectus devolutivus tantum tribuitur. 301.

Ubi appellatio effectum tantam devolutivum habet; locus non est inhibitioni. 302.

## INTERESSE.

Interesse ut difficilis probationis etiam conjecturis & præsumptionibus probatur. 563.

*Id*, quod interest, excedere potest legitimum usurarum modum. 564.

Imo judex potest transcendere duplum interessu seu estimationis communis. ib.

Judex estimationem peritis in arte committit, quorum exhibitis votis consulta-  
tiis ceu Super-Arbiter arbitratur. ib.

## INTERPRETATIO.

Interpretatio pactorum negotiorumque humanorum sumenda est ex motivo pacientium, non ex occasione. 413 sq.  
Si de motivo non constat, non aliud locum habet de intentione pacientium iudicium, quam quod verba important. 414.

## JVDÆI.

Fus recipiendum Iudeorum regale est 59.

Fus sepulturæ Iudæi acquirere possunt per præscriptionem immemorialem. ib.

Iudæi ad juratam sibi admittendi sunt. 156.

## JVDEX.

Judex de facto procedens actione injuriarum instar privati tenetur. 697.

## JVDEX SECVLARIS.

Judex secularis pro impertiendo brachio a judice ecclesiastico requisitus de exceptione nullitatis vel manifestæ injustitiae recte cognoscit. 484. & 644.

A judice seculari etiam sine requisitione judicis ecclesiastici ad supplicationem partis sententia potest executioni dari, 487. & 646.

## JVDEX ECCLESIASTICVS.

Quando de competentia fori cum judice ecclesiastico litigatur; decisio ad Augustissima tribunalia spectat. 665.

## JVRAMENTVM.

Ad jurandum inter partes litigantes admittendus ille, a quo veritas facilius exquiri potest. 57.

Si reus non nisi de credulitate, auctor autem de veritate jurare potest, hic admittendus, ib.

Ineptum est, ad jurandum de credulitate admit-

## RERVM ET VERBORVM.

admittere aliquem, ubi veritas adhuc  
baberi potest, ib.

Nemo potest cogi, de facto alieno jurare,  
quod tamen de juramento veritatis intel-  
ligendum, reliquum de juramento cre-  
dulitatis. 55.

Si universitati juramentum delatum, jura-  
re debent illi, qui optimam rei notitiam  
habent. 58.

Juramentum tempore suscepti muneric  
præstitum sese extendit ad omnes & sin-  
gulos actus. 53.

Juramentum redintegrationis actorum se-  
cundum commune decretum de A. 1693.  
præstandum generale est, ad totam cau-  
sam spectans, ac proin mandatum spe-  
ciale ad illud præstandum datum sufficiens  
non est, quod tantum scriptum speciale  
respicit. 184.

Juramenti delatio in defectu ulteriorum  
probationum cuilibet competit, licet pro-  
bare jam cœperit, imo licet in probatio-  
ne defecerit. 446. 474. 475.

Juramenti delatio locum etiam habet in  
causa testamenti per vim metumque ac  
dolosis persuasionibus extorti. 445. sq.

Nec delatio nec acceptatio juramenti, per  
jurii et iurandi causa revocari possunt.  
444. & 456.

Neque perjurii prætextu revocari potest  
causa jure jurando voluntario decisa. ib.

Juramenti delatio valet etiam super re alie-  
na, quatenus jurans ejus notitiam ha-  
bet, licet simpliciter probatio injuncta  
fuerit. 455.

Imo jurare quis debet de factis alienis de  
credulitate. 456

Contra juramentum purgationis præstitum

admittenda non est probatio per testes no-  
viter repertos, nisi de noviter repertis  
sive emergentibus indicis deponere que-  
ant. 477. sq.

Vid. Probatio.

### JVRAMENTVM IN LITEM.

Est remedium ordinarium, coercendi eum,  
qui rationes aut juratam specificationem  
edere recusat. 82.

Post præstitum juramentum in litem non  
admittitur nova probatio, nisi fiat per  
documenta noviter reperta. 83.

Formula juramenti in litem singularis in-  
tereſſe. 309.

### JVRAMENTVM MANIFE- STATIONIS.

Equipollent juratae specificationi. 426.

Ilud petere possunt omnes, qui singulare  
interesse docere queunt. ib.

### JVRAMENTVM SVPLE- TORIVM.

Hoc non nisi de necessitate defertur, quan-  
do alia ratione res semiplene prolata de-  
cidi non potest. 39.

Ilud non semper actori probanti, sed quan-  
doque res reprobanti, deferri potest, si  
ita visam fuerit judici. 37. 39.

### JVRISDICTIO.

De jurisdictione supremorum Imperii tri-  
bunalium in causis matrimonialibus. Vid.  
Matrimoniales causæ.

### JVRISDICTIO FORESTALIS.

Ea est regale, quo nemo subditorum abs-  
que speciali dominorum regionum Ger-  
maniae concessione gaudere potest. 13.

### JVRISDICTIO MARCALIS.

De finibus ejus. 68. sq.

L. Quis

# INDEX

## L. LAICVS.

*Quis sit?* 312.

*Laici in sensu generaliori quoque ad personas ecclesiasticas referuntur.* 313.

*Distinctio inter Clericos & Laicos ante seculum III. adhuc incognita.* ib.

*Laici respectu Clericorum dicuntur etiam Populares, deo Pöbel.* ib.

## LAPIDES DECIMALES.

*Si interpellant, pro posseffore juris decimandi, ita ut aëtus contrarii exerciti pro turbativis habendi sint.* 268.

## LECTORES.

*Quinam sint?* 337.

*Quonodo constituantur?* ib.

## LEGATI PONTIFICIS.

*Sunt Vicarii Pontificis quoad jurisdictionem in certa Provincia.* 330.

*Sunt vel nati, vel missi vel a latere vel simpliciter tales.* ib.

## LEGITIMA.

*Quanto alimentationis ex bonis stemmatibus renunciatis zur Abfindung adjudicato abjudicatur tacite prætensum jus petendi legitimam.* 813.

## LEX.

*Ratione legis impulsiva cessante nondum cessat legis dispositio.* 154.

## LEX DIFFAMARI.

*Ei locum facit provocatio ad duellum.* 157.

## LEX RHODIA.

*Vi legis Rhodiae de jactu dilationi debitori a majori parte creditorum concessae minor pars accedere tenetur.* 35.

## LIBERI.

*Liberi obligati sunt, operas parentibus ad communem familie utilitatem praestan-*

*di sine mercede adeo ut nec in concursu creditorum petitioni mercedis locus sit.* 80. 81.

*Limitatur tamen hoc, nisi consuetudo alii cubi vigens probari queat.* ib.

*An liberi oppignorare queant futuram hereditatem paternam?* 426. sq.

*Parentes cogi non possunt, ut pro liberis condemnatis solvant, quæ pro legitima ipsis deberentur.* 687.

*Imo ne quidem ex peculio profectio aut adventitio solvere tenentur.* 688.

## LIBERTAS.

*A libertate personarum ad libertatem rerum non procedit argumentum.* 482.

